3678

in hereditate Krasowo Dziekietki sittorum per se a Nobili Paulo Zębek Krasow
ski quadsitorum quatuordecim sulcos et flumiolo ad campum inter mettas Nobilium
Valentini Zukoski et Petri Zdrodziecki cum fundo prato gajo et omnibus
ac singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis
cunctis nullis exceptis perpetuo dedit donavit inscripsit et resignavit cui
iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et
Nobiles duos officio acceptatam dat et admittit submittitque se idem recognoscens
eundem donatorem suum et eius successores occasione commissorum ab omni impedi
mento iuridico quarumvis personarum tueri defendere solusque per se et per
submissas ac subordinatas personas non inquietare sub damnis terrestri
bus simpliciter taxatis Et coram officio praesenti Castrensi Wransensi in pri
mo citatorum termino peremptorio respondere ac citatis satisfactione
omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dillationibus evasionibus melioris
motiori vera vel simpliciter informatibus actione pro ratione minorennitatis
successorum tarda extraditione mala possessione inordinata scriptione aliisque
omnibus iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure
concessibillibus se et suos successores uti absolvendo et abrenunciando.

Krasowska Reformatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Wransensibus personaliter comparens
Nobilis Christophorus olim Stanislai Chodo de Krasowo Czestki haeres
sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Apolonia
filia Nobilis Valentini Chudobik Krasowski Coniugi suae legitime ra
tione vero dotis post eam acceptae et in bona sua impertatae in medietate
omnium et singulorum bonorum suorum mobillium et immobillium in hereditate
Krasowo Czestki et alibi ubivis locorum consistentium tunc habitorum et in posterum
favente divina clementia habendorum summam ducentorum Quinqua
ginta florenorum polonicalium dotis et aliam summam decem florenorum polonicalium
addotalicii inscribit reformat assecurat dotalicat et addotalicat
more aliorum dotaliciorum et reformationum hoc in Regno Poloniae observa
ri solitorum hac sua praesenti personali recognitione intromissis mediante.

Dobek Zędziany Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Wransensibus personaliter comparens Nobilis Ste
phanus olim Hieronimi Zędzian de Zendziany haeres sanus mente et corpo
re existens palam recognovit Quia Nobili Andreae olim Alberti Dobek bono
rum sittorum in haereditate Zendziany sittorum in area octo sulcos a
via Poplawcana ad viam Zagumienna inter mettas sui recognoscentis
et eiusdem Andreae iacentes cum agris horto sepibus et omnibus utilita
tibus nullis exceptis dedit donavit inscripsit et resignavit perpetuis tem
poribus Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica
possessione per Ministerialem et Nobiles duos officio acceptans dat et admittit submit
titque se idem ipse recognoscens suos cum successoribus eundem donatorem suum
et eius successores occasione commissorum ab omni impedimento iuridico omnium et sin
gularum personarum cuiuscunque sexus status et conditionis existentium tueri de
fendere eximere eliberare intercedere pacare solusque per se et per sub
missas personas non inquietare sub damnis terrestribus simpliciter taxatis Et coram
officio praesenti peremptoria respondere omnibus controversiis exceptionibus alle
gationibus evasionibus dillationibus se et suos successores uti absolvendo et abrenunciando.